



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

3. De cæco nato à Christo illuminato. Ioan. 9.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

quoties intrus audis : *Vade & iam amplius noli peccare?* Frequentatio actuum humilitatis, gratitudinis, contritionis, amoris.

*De cæco nato à Christo illuminato.*

III.

Ioan. 9.

I. **P**Rateriens Iesus vidit hominem cæcū à natiuitate, & interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? Respondit Iesus: neque hic peccauit, neque parentes eius: sed ut manifestentur opera Dei in illo. Tanta est Dei in electos suos benignitas, ut non solum varias ærumnas afflictionesque, uti in æternitate decreuit, sic in tempore illis immittat, aut euenire permittat, ad eorum peccata, commissa castiganda & expianda, & in futurum cauenda; sed etiam ad ampliora meritorū gratiæ & gloriæ lucra acquirenda, atque ad illustriora quædam diuinæ potentia, sapientiæ, & bonitatis opera, in ijs mūdo clariùs manifestāda. Pater id in hoc cæco, pater & in genere humano, per lapsum Adæ excæcato, quod oculis misericordiæ ab æterno respexit, & sic restau-

restau-

restaurare decreuit : in tempore post lapsum idem decretum se completurum promisit, & tandem factus homo re ipsa compleuit ; Patet insuper in quouis electo , quem in eundem finem, vti ab æterno statuit, ita in tempore varijs aduersitatibus exerceri permittit. Quam resignato ergo, tranquillo, hilarique animo omnis generis aduersa de manu diuinæ providentiæ forent acceptanda. Resignatio ad omnia aduersa.

II. *Cum promississet Iesus, me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. venit nox quando nemo potest operari. Quam diu sum in mundo, lux sum mundi. Expuit in terram, & fecit lutum ex spatu, & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei: vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur missus. Quod pauciores vitæ mortalis dies filius Dei sibi iuxta decretum æterni Patris restare præiudebat, eò zelosius se diuinæ eius gloriæ propagandæ, & saluti hominum procurandæ impendere gestiebat, non solum hunc cæcum tam miro modo ad potentiam & sapientiam suam infinitam clarius mundo manifestandam curando; sed cæcos peccatores omnes per fontem baptismatis*

& lacrymas contritionis illuminare ardentissimè desiderando. Vis ergò adimplere ardentissimum Christi desiderium, cura vt hunc eius zelum amuleris. Zelus gloriæ Dei, perfectionis propriæ, & salutis aliorum.

III. *Cæcus cæcè obediens, abijt, lauit, vidit & Iesum, à quo sanatus erat, coram obuijs omnibus predicauit.* En luculentum in cæco exemplum cæcæ obedientiæ, qua non solum meruit, quoad externos corporis, sed etiam quoad internos oculos mentis sic illuminari, sic insuper inflammari, vt plus cæcus vnus, quam omnes Pharisei oculati in Christo cerneret, & intrepidè eum Prophetam confiteri coram omnibus non erubesceret, & contra calumniatores, quantumuis potentes, & in oculis suis sapientes, defendere non formidaret. Cæca obedientia, zelus gloriæ Christi.